

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum LIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Hæc ille Photinianismum statuminans. Si enim infantium, dum modo sint electi potest esse regnum coelorum, etiamsi non credant in Christum suum satisfactorium redemptorem, tum etiam ii possunt justificari & salvari sine fide in Christum satisfactorem, quod est dogma Socinianorum.

Nec est quod obvertant adversarii h. l. sermonem esse de adultis. Nam I. Lucas dicit hos infantes fuisse portatos. 2. Deinde vocat eos *ἡ βεβήκη*, quæ vox perpetuo infantem tenellum & plerumq; lactentem significat. Vide exempla Luc. I, 41. c. II, 16. c. IV, 4. Act. VII, 19. I. Pet. II, 2. Est enim *ἡ βεβήκη* ἡ *ἡ βεβήκη* ἡ *ἡ βεβήκη* ἡ *ἡ βεβήκη* ἡ *ἡ βεβήκη*. 3. Marcus cap. X, 16. dicit Christum eos in ulnas recepisse. Quæ omnia de adultis & grandiusculis dici nequeunt.

ORACULUM SACRUM LIV.

1. Job. II, 14.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ἐγὼ δὲ ἰμῶν παιδία, ὅτι ἐγνώκατον τὸν πατέρα.

Versio vulgata Latina.

Scribo vobis infantes, quoniam cognovistis Patrem.

Versio

Verſio B. LUTHERI.

**Ich ſchreibe euch Kindern/ denn ihr
kennet den Vater.**

N O T A.

I. Hic locus præcedaneò oraculo optimè
conſonat, & nobis elegans de fide infantum
ſuppeditat teſtimonium.

II. Duo autem h. l. probatione indigent
quorum prius ſubjectum, poſterius prædica-
tum concernit. Utrumq; breviter expediam.

III. Quod igitur ſubjectum attinet facile
probari poteſt heic non eſſe ſermonem de
adultis aut grandiuſculis pueris, uti Beza con-
tendit, ſed de iis parvulis, qui nondum annos
diſcretionis attigerunt. Quod pateſcit.

I. *Ex ætatum diſtinctione.* Nam D. Johan-
nes h. l. *διόρισμὸν* inſtituit ratione ætatum.
Meminit enim ſeorſim Patrum: ſeorſim ado-
leſcentum, & tandem ſeorſim etiam infantum.

2. Deinde hoc videre eſt *ex vocabuli παῖδι-
ον nativa ſignificatione.* Nam *παῖδια* Græcis
ſunt ejuſmodi pueri qui opus nutrice habent,
à qua geſtentur, quos Lucas *τὰ βρέφη* adpel-
lat, uti modo audivimus.

IV. Quod prædicatum concernit, heic Apo-

Ec 4

ſto-

stolus de talibus infantibus conceptis verbis restatur, quod cognoscant Patrem. Cognitio autem heic non nuda, sed fiducialis intelligitur. Cognoscere igitur Patrem cœlestem h. l. idem est ac credere in patrem cœlestem. Hinc è loco præsentè tale emergit ratiocinium:

Quicumq; verum Deum cognoscunt illos quoq; fidem salvificam habere necesse est.

Atqui infantes Deum Patrem cognoscunt teste h. l. D. Johanne.

E. infantes quoq; fidem salvificam habere, necesse est, *contra modo nominatos adversarios.*

V. Probe autem heic notanda est distinctio *inter actum mentis directum & reflexum.* Ille convenit infantibus hic non item, quum se credere nesciant licet credant. Quod patet exemplò Johannis Baptistæ, in quo DEUS operatus est salutarem sui agnitionem. Unde præ gaudio in utero matris exsiliit quia Dominum suum adesse cognovit Luc. I, 44. & tamen nec ipse Johannes neq; nos rationem aut modum istius cognitionis in infantulo Johannis exprimere possumus. Hinc in formula Concordiæ inter Theologos Saxoniz & Superioris Germaniæ Anno 1536. constitutum fuit, quod *credant infantes, non quidem quod intelligant* aut

que sentia
non de
ne Spiritu
E. am. Co
eadem
IV. P.
Syllogis
Si in
gnoscunt,
ri morte p
Sed
gnoscunt,
E. De sal
veniant
dam per
tur am
VII.
infant
culpa
quend
ordin
vit, ut
pra al
manu
zire, ut
lit. L.

aut sentiant motus fidei, sicut adulti, atamen non destituantur omni actione aut operatione Spiritus Sancti, referente D. Chemnitio in E. am. Concil. Trident. part. 2. 506. *Contra eosdem.*

IV. Præterea ex h. l. nobis talis suppeditatur Syllogismus hypotheticus:

Si infantes baptizati Deum Patrem cognoscunt, utiq; de salute eorum, qui præmaturâ morte præveniuntur non est dubitandum.

Sed infantes baptizati Deum Patrem cognoscunt, teste h. l. D. Johanne.

E. De salute eorum, qui præmaturâ morte præveniuntur non est dubitandum. *contra quorundam parentum dubitationem & nimiam ab præmaturam liberorum obitum tristitiam.*

VII. Imò nec dubitandum de salute eorum infanctum, qui ante baptismum absq; parentum culpa moriuntur.

Quamvis enim ordinariò mediò consequendi fidem destituantur, Deus tamen extraordinariè cognitionem sui in illis operati novit, uti constat exemplò Johannis Baptistæ supra allatò, *contra nonnullos Pontificios existimantes eos infantes qui non sunt baptizati, perire, ut patet ex Lombardo lib. 4. distinct. 1. lit. L. Bellarminò lib. 6. de amiss. Grat. cap. 2.*

Ec 5

Unde

Unde mos est in Papatu infantes non baptizatos usitato ritu sepulturæ privare, & in angulo cæmeterii condere. Sed Lombardo & Bellarmino rectè contradicunt Gabr. Biel. in sent. dist. 4. q. 2. artic. 3. Cajetanus in p. 2. Thom. ad quæst. 68. artic. 11. Sed audiamus nunc

SENTENTIAM ORTHODOXÆ
ANTIQUITATIS

DE FIDE INFANTUM.

Parvulum etsi non fides illa, quæ in credentium voluntate consistit, jam tamen ipsius fidei Sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita fidelis vocatur non ad rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei Sacramentum percipiendo, *Aug. Epist. 23. ad Bonif. T. 2. col. 93.*

Infantes sic nesciunt Spiritum Sanctum, quamvis sit in eis, sicut nesciunt & mentem suam, imò vitam suam, nec tamen ideo dicendum est ipsos nec mentem nec vitam habere. Dormientibus, mente captis, agonizantibus, in maximis tentationibus constitutis non est sensus fidei suæ, neq; sciunt se cognoscere Deum, nec tamen ipsis fides aut cognitio planè deest, quæ suò tempore cessante paroxysmò se se exerit, *Idem Epist. 53. ad Dardan.*

Indu-

Iudubitem hoc est quod infantes baptizati fidem habeant, nec ex scriptura contrarium probari potest, licet incertum nobis sit, quæ sit illius fidei ratio, aut quomodo credant
B. Lutherus in Epist. quadam ad duos Pastores de Anabaptismo.

Die kleinen Kinderlein den waaren Gott
 erkennen/
 Wiewol des Glaubens Art man nicht kan
 gnug benennen;
 Doher der Engel-Schaar bewahret
 ihren Lauff:
 Wer wolt ein solches Kind nicht willig
 nehmen auff!

Ex v. 10.

*Dum Satanæ lites strargit: dum prælia spirat
 Tu nos Angelicò milite, Christe, tege!*

ORACULUM SACRUM LV.

Ebr. 1, 14.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Οχι πάντες ἄγγελοι εἰσὶ λειτουργία
 πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποσπλόμενα διὰ τῶν
 ἡθελόντων κληρονομεῖν σωτηρίας.

Verse